

de Vatz, esse suum, et sic accepit ipsum pratum in suam potestatem. Item iterum est fidemissor<sup>g</sup> pedrasc<sup>28</sup> contra Cristoforum de graua<sup>32</sup> 29 libr. mez. quas quotidie ab ipso Thoma postulat. Item de omnibus supra dictis promisit pedrasc<sup>28</sup> de se ipso et Jacobo Reden,<sup>23</sup> fratre suo, piae memoriae, ipsum Thomam<sup>21</sup> facere indempnem donec ad unicum denarium bona fide. Et haec omnia bene probare potest cum probis hominibus. // . . . H. de Vatz<sup>33</sup> et Vincencius de Mulden<sup>34</sup> acceperunt ipsis in publica strata per vim ac in districtu et ducatu eccl. Cur. 2 equos, qui bene valuerunt 100 libras. Item in ipso litigio vendidit idem Vincencius<sup>34</sup> praedictis H. et Wilh. de langenzona 2 equos et 1 slappam et voluit nullam iustitiam ab ipsis recipere coram domino meo praeposito nec alibi. Item H. de Vatz<sup>33</sup> et Vinc. de Mulden<sup>34</sup> spoliaverunt eos 5 equis, 3 bobus et 2 vaccis, Item volebant praedicti de Vatz<sup>33</sup> et Vinc.<sup>34</sup> et socii eorum captivasse quandam Lombardum, qui venit de Curia cum R. Ruhmberg<sup>35</sup> in ducatu et tensa nostra et eccles. Curiensis. — H. de Vatz<sup>33</sup> et Swigerus Münstr., R. pasthardus et ulricus filius et Alexander frater H. fregerunt tensam et ducatum eccl. Cur. in monte septimo<sup>36</sup> spoliando quosdam lombardos equis ipsorum, videlicet 11 equos in alpe propria eccl. Cur. videlicet Zuzonie et Irhardo de Ela.

Erwähnt werden ferner: Wernher Praesannes,<sup>37</sup> Peter de Curtesia,<sup>38</sup> Christoph. de Graua,<sup>32</sup> Eg. de Schawenstein,<sup>39</sup> Lutold de Muldins,<sup>40</sup> Albertus Schrofa, Schirund de Zutz, Gaschun de Buno, dictus Rambach,<sup>41</sup> Margarete Essermann, Andreas Papin, Swigelinus de plazola, Jacobus de Valle,<sup>42</sup> infantes Bellaflor, Chunradus de Casanova,<sup>43</sup> Ulricus de Marmorea.<sup>44</sup> Dictus de Vatz<sup>33</sup> et homines sui in Buna damnificaverunt Ulricum de Marmorea<sup>44</sup> in treuga bona facta inter eccles. Cur. et ipsos bene ad 200 libr. mez., Frid. de Marmorea 50 lib. mez. Simonem de Marm. 100 lib. mez. Abstulerunt homini bart holomaei de Marm. 50 oves in Alpe Alaose villico Ulrici de Marm., qui est ecclesiae Cur., 40 oves.